



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Maria De Oegnies. 23. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. MARIA DE OEGNIES. 23. Junij.

**E**X amplissimo virtutum **MARIÆ OEGNIA-**  
**CENSIS** viridario flores omnes præter virgi-  
 nitatis lilium licet carpere. Hoc enim illi paren-  
 tum importunitas invidit, qui invitam nuptiis il-  
 ligarunt; quarum vix libato usu, marito continen-  
 tiam persuasit, magnâ Christi approbatione, cujus  
 crucem nunquam sine lacrymis, nunquam abque  
 suo aliorumve bono odoravit. Militem genere,  
 quàm moribus nobiliorem suis præceptionibus  
 perductum ad frugem, malus dæmon ad infames  
 naufragiis ejus scopulos retraxerat. Id **MARIA**  
 longè absens vidit tamen, & Crucifixi affusa pedi-  
 bus, precum finem non antè fecit, quàm infelici  
 avulsam contubernio, Deo sisteret transfugam.  
 Eandem sibi apud Deum patronam animæ piacu-  
 laribus ardentes flammis optarunt, supplices non-  
 numquam ad eam manus tendere visæ: & verò  
 quid illi cælum negaret, centies per diem flexo  
 poplite supplicanti, trecentis plagis laceranti cor-  
 pus, atro pane vexanti veriùs, quàm extinguenti  
 famem, & sanè non duraturæ inter hæc supplicia,  
 nisi Angelorum præsentia fovetur, & familiari  
 cum Dei Filio usu, qui subinde suâ infantia ama-  
 bilis, aliàs agni aut columbæ specie decorus, ei de-  
 licias faciebat. Ab hoc illi mira in divinas laudes  
 eloquentia, vires adversùs inferni larvas suppedi-  
 rata, quarum cum se una morienti ingereret, hoc  
 ejus convitio fugata est: *Discede sanies, & surpitu-*  
*do.* Id quâ fronte dicent, qui per omnem vitam se  
 tam cupidè in hujus belluæ fimeto volutarunt?  
*Ex Surio.*

*Quid aliud Purgatorius ignis devorabit, nisi pec-*  
*centia*



ta tua? Quanto amplius tibi ipsi nunc parcis & carnem sequeris; tanto durius postea lues. & maiorem materiam comburendi servas. In quibus homo peccavit in illis gravius punietur. Thom. à Kemp. l. 1. c. 24.

S. IOANNES BAPTISTA. 24. Iunii.

**I**OANNES melioris Solis melior Phosphorus ortis sui nuntium Angelum habuit. Ipse in matre iam sanctus, vix natus est, cum mutum parentem loqui oracula infans fecit. Patriam domum cum cremo mutavit, & cibum locustas ac mel agreste, vestem cameli exuvias habuit. In anno Tiberii imperantis XV. viam CHRISTO munite exorsus, non tam verbis, quam vitã ad pœnitentiam scelerum hortatus mortales, animorum lavacro initium dedit, quod ipsum Servator sanctius tactu suo reddidit. Hunc ille itaque mundo Agnum ostentare, ad hunc è scholã suã discipulos rectius erudiendos amittere, & jam indignum se putare ad cuius vel ultimum servitium descenderet. Sed nimirum se ipso major, sacris etiam varibus omnibus prelatas, & secundus à CHRISTO ab ipsomet CHRISTO est proclamatus. Et tamen tam charum celo caput Herodes saltatriculæ filix pedibus donavit, & crudelibus oculis pascendis mensæ etiam inferri voluit. Itaque tunc, si unquam aliàs, lautè cœnavit gula. Quæ enim mensa tam nobile caput habuit? Ex Hist. Evan.

*Ioannes sanctus homo missus à Deo, imò Angelus Dei innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat sic affligit, vos indui festinatis bysso & purpurâ, & splendide epulari. S. Bern. serm. de Nat. S. Ioan.*

Iunii.  
Iunii.  
GNIA-  
r virgi-  
paren-  
ptiis il-  
ntinen-  
e, cuius  
abque  
genere,  
tionibus  
infames  
M.A.R.I.A.  
sa pedi-  
infelici  
sfugam.  
e piacu-  
es non-  
& verò  
m flexo  
anti cor-  
nguenti  
pplicia,  
familiari  
tia ama-  
s, ei de-  
s laudes  
suppedi-  
ret, hoc  
turpitu-  
vitam se  
utarunt?  
nisi pec-  
cata

